

INTROIT Eccl. 15: 5

In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum. (Ps. 91: 2) Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo Altíssime. V. Glória Patri et Filio et Spírítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum.

COLLECT

Exáudi, quæsumus, Dómine, preces nostras, quas in beáti Basilíi Confessóris tui atque Pontíficis solemnitate deférimus: et, qui tibi digne mérui famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2 Tim. 4: 1-8

Caríssime: Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus: prædica verbum, insta opportúne, importúne: árgue, óbseca, increpa in omni patiéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria concervábunt sibi magistros, pruriéntes áuribus, et a veritate quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac evangelístæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delíbor, et tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósite est mihi coróna justítiae, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judex: non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum ejus.

GRADUAL Ps. 36: 30, 31

Os justí meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium. V. Lex Dei ejus in corde ipsíus: et non supplantabúntur gressus ejus.

LESSER ALLELUIA Ps 88: 21

Allelúja, allelúja. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Allelúja.

GOSPEL Luke 14: 26-35

In illo témpore: Dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxórem, et filios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam, non potest meus esse discípulus. Et qui non bájulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discípulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificáre, non prius sedens cómputat sumptus, qui necessarij sunt, si hábeat ad perficiéndum; ne, posteáquam posúerit fundaméntum, et non potúerit perficere, omnes, qui vident, incípiant illúdere ei, dicéntes: Quia hic homo coepit ædificáre, et non pótuit consummáre? Aut quis rex itúrus commíttere bellum advérsus álium regem, non sedens prius cógitat, si possit cum decem mílibus occúrrere ei, qui cum vigínti mílibus venit ad se? Alióquin, adhuc illo longe agéntis, legatiónem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renúntiat ómnibus, quæ pössidet, non potest meus esse discípulus. Bonum est sal. Si autem sal evanúerit, in quo condiétur? Neque in terram neque in sterquilínium útile est, sed foras mittétur. Qui habet aures audiéndi, áudiat.

OFFERTORY Ps 88: 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

SECRET

Sancti Basilíi Confessóris tui atque Pontíficis, quæsumus, Dómine, ánnua solémnitas pietáti tuæ nos reddat accéptos: ut, per hæc piæ placatiónis officia, et illum beáta retribútio comitétur, et nobis grátiae tuæ dona concíliet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 12: 42

Fidélis servus et prudens, quem constítuit dóminus super familiam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

POSTCOMMUNION

Deus, fidélium remunerátor animárum: præsta; ut, beáti Basilíi Confessóris tui atque Pontíficis, cujus venerándam celebrámus festivitátem, précibus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory. (Ps. 91: 2) It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory.

We beseech Thee, O Lord, hear our prayers which we offer on the festival of blessed Basil, Thy Confessor and Bishop, and through his intercessory merits, who had the grace to serve Thee worthily, absolve us from all our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, I charge thee, before God and Jesus Christ, who shall judge the living and the dead, by His coming, and His kingdom: preach the word: be instant in season, out of season: reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they will not endure sound doctrine, but according to their own desires they will heap to themselves teachers, having itching ears: and will indeed turn away their hearing from the truth, but will be turned into fables. But be thou vigilant, labor in all things. Do be thou vigilant, labor in all things, do the work of an evangelist, fulfill thy ministry. Be sober. For I am even now ready to be sacrificed: and the time of my dissolution is at hand. I have fought a good fight, I have finished my course, I have kept the faith. As to the rest, there is laid up for me a crown of justice, which the Lord, the just Judge, will render to me in that day: and not only to me, but to them also that love his coming.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. V. The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

Alleluia, alleluia. I have found David, My servant: with My holy oil I have anointed him. Alleluia.

At that time Jesus said to the multitudes, If anyone comes to Me and does not hate his father and mother, and wife and children, and brothers and sisters, yes, and even his own life, he cannot be My disciple. And he who does not carry his cross and follow Me, cannot be My disciple. For which of you, wishing to build a tower, does not sit down first and calculate the outlays that are necessary, whether he has the means to complete it? Lest, after he has laid the foundation and is not able to finish, all who behold begin to mock him, saying, 'This man began to build and was not able to finish!' Or what king setting out to engage in battle with another king, does not sit down first and consider whether he is able with ten thousand men to meet him who with twenty thousand is coming against him? Or else, while the other is yet at a distance, he sends a delegation and asks the terms of peace. So, therefore, every one of you who does not renounce all that he possesses, cannot be My disciple. Salt is good; but if even the salt loses its strength, what shall it be seasoned with? It is fit neither for the land nor for the manure heap, but must be thrown out. He who has ears to hear, let him hear.

My truth and My mercy shall be with him, and in My name shall his horn be exalted.

May the annual festival of blessed Basil, Thy Confessor and Bishop, we beseech Thee, O Lord, render us acceptable to Thy loving kindness, that through these offices of pious atonement a blessed reward may attend him and he may win for us the gifts of Thy grace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.

O God, the rewarder of faithful souls, grant that, through the prayers of blessed Basil, Thy Confessor and Bishop, whose august feast we celebrate, we may obtain pardon for our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.